
Libro de 31 [illegible]
[illegible] capítulos [illegible]
[illegible] de [illegible]
[illegible]
[illegible] 1612
73 [illegible]

Este libro
'UE DESIN
para su

ESTE MARBET
ESTRUIDO POR



y Secretario de Capitulo.

Alonzo.

Octavas 39.

ACTA CAPITVLI PROVINCIALIS CELEBRATI IN CONVENTV NOSTRO Sancti Dominici de Mexico. 11. die mẽsis Maij. Anno Dñi, 1624.



De licentia Superiorum



IN NOMINE SANCTISSIMAE, ATQVE INDIVIDVAE TRInitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & Beatissimæ Deiparæ semper Virginis MARIAE, & Sanctissimi Patris N. Dominici, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei.



HAEC sunt Acta Capituli Prouincialis celebrati in nostro Conuentu Sancti P.N.Dominici de Mexico huius nostræ Prouinciæ Sancti Iacobi de Mexico Nouæ Hyspaniæ Ordinis Prædicatorum Vndecima Die Mensis Maij, Anno Dñi 1624. Dominica 4. post octauas Paschæ sub Rdo A. P nostro Fr.Didaco de Monroy Prædicatore Generali, & Priore nostri Prædicti Conuentus. S. Dominici de Mexico in Priorem Prouincialem electo, & authoritate Appostolica confirmato, Diffinientibus communiter R.R. A.P.P. Diffinitoribus videlicet R.A.P.M.Fr. Francisco de Villanueua Priore nostri Conuētus Sancti Dominici Ciuitatis Angelorum, Sancto Inquisitionis Officio à censuris, R. A. P. M. Fr. Ludouico Barroso Regente præfati N. Mexicani Conuentus R. A. P.Fr.Benedicto de Vega Prædicatore Generali.& proximo Prouinciali Prædecessore, R.A.P. Fratre Antoni Suarez Vicario Domus nostræ de Atlacubaya.

Istæ sunt absolutiones.

IN primis absoluimus omnes Suppriores, & Vicarios Domorum, & Conuentuum huius nostræ Prouinciæ.

Istæ sunt denuntiationes.

DEnuntiamus R. A. P. nostrum Fratrem Benedictū de Vega huius Capituli Diffinitorem Prædicatorem Generalem, & nostrum immediatum prædecessorem beneficium eximium, Reliquiæ prætiosissimæ sanctissimi Parentis nostri Dominici pro fælicitate huius Prouinciæ recepisse: Videlicet sacratissimum dentem ex capite eiusdem Beatissimi Patris extractum, & à R. R. A. P P. Priore, & Conuentu Bononiensi, per manum R. Patris Fratris Iosephi de Quintana Dueñas nostræ Prouinciæ Diffinitoris, & Generalis Procuratoris transmissum. Pro quo singulari munere Deo Optimo, & Maximo, ipsique sanctissimo Patriarchæ nostro immortales gratias, exhibemus, atq̄ Prædictis Bononiēsibus Patribus nostris, pro insigni beneuolentiæ, & amoris indicio, vicem rependimus gratiarum. Solemnitatis autem, & celebritatis magnitudinem, pro collocanda sacratissima reliquia in speciali relatione denuntiabimus. Ad quam huius Ciuitatis heroes Principes, & illustrissimi ciues eximiæ deuotionis ostensione magnis sumptibus, & muneribus per solemnissimam octauarij hebdomadam in celebratione diuinorum Officiorum confluxere.

DE-

DEnuntiamus nostrum A. R. P. Fratrẽ Benedictũ de Vega præsentis Capituli Diffinitorem Prædicatorem Generalem, & nostrum immediatum prædecessorem Prouincialem recepisse acta cap. Generalis mediolani celebrati anno D. 1622. accedẽte consilio formali Patrum huic nostræ Prouinciæ á cõsilijs, quam receptionem, seu acceptationem factam, & tunc denuntiatam approbamus, stante etiam supplicatione facta apud Reuerendissimum Magistrum Ordinis super admonitione nona prædicti Capituli Generalis de obseruando decreto à sacra Congregatione super regulares emanato circa accessum ad monasteria Monialium: Omnia autem alia, & singula in eisdem actis generalibus contenta à nostra Prouincia, & Fratribus inuiolabiliter obseruari præcipimus.

Item denuntiamus Prædictum A. R. P. nostrum Fratrem Benedictum de Vega accepisse breue Apostolicum sanctissimi fælicis recordationis D. Gregorij Papæ Quinti Decimi, eique cum Prædictis Patribus à consilijs obedientiam debitam præstitisse, quod & nos facimus similiter acceptantes, & præfatam acceptationem approbantes: cum vero circa commissionem, seu remissionem à sua Sanctitate factam R. A. Patri Prouinciali pro tempore cum diffinitorio, aut sex Patribus Prouinciæ eligendi Priores Conuentuum de Zacatecas, Guadalaxara, & Veracruz, dubium inter Patres Prouinciæ exortum fuerit, an talis electio sic commissa, siue remissa fieri debeat iuxta formam Concilij Tridentini, videlicet

 omni-

omnino canonice, possit fieri per nominationem: & approbationem prædictorum Patrum: sicut fieri solet in designatione, & institutione Vicariorum, suffragio gaudentium in nostra Prouincia: Nos tenore præsentium approbamus electionē canonice factam, & modum eius in persona R. Patris Fratris Alphonsi de Orduña Prioris nostri Conuentus Sanctæ Mariæ de Guia nouæ Veracrucis, & ita in subsequentibus volumus pro maiori securitate obseruari, donec circa hunc articulum sedes Appostolica consulatur.

Itē denūtiamus præfatum R.A.P. nostrū frem. Benedictum de Vega accepisse mandata quædam Reuerendissimi Patris nostri Magistri ordinis, quæ omnia prout in ipsis continentur, executione mandari præcipimus.

DENVNTIAMVS Nos accepisse literas patentes Reuerendissimi Magistri ordinis fratis Seraphini Sicci Papiensis, ad āfiliādos in hac prouincia PP. fratres Ioannem Baptista de Cabrera, Fratrem Laurentium de Paoyagua, frem. Franciscum del Barrio, frē. Petrū de la Cruz, & frē. Lauētiū de Salinas. Vnde prædictos patres tenore præsentium in hac nostra prouincia afiliamus, proconuentu S. Patris nostri Dominici de Mexico. Eos vero filios huius Prouinciæ & conuentus esse declaramus, vtentes etiam simili priuilegio nostræ prouinciæ concesso in Cap. Gen. R. 1580.

IST.

ISTÆ SVNT INSTITVTIONES

INSTituimus in Prædicatorem Generalem pro Conuentu nostro sancti Dominici ciuitatis Angelorum: Reu. Patrem fratrem Franciscum Vallinas Priorem nostri conuentus sanctæ Crucis de Zacatecas, cum omnibus gratijs, priuilegijs, & exemptionibus prædicatoribus recte institutis, in ordine nostro concessis, cum constet Prædicaturam Generalem, prædicti nostri conuentus vacasse ob mortẽ R. Patris Fratris Gregorij Martinez eiusdem Conuentus Prædicatoris Generalis.

Item instituimus in Prædicatorem Generalem conuẽtus nostri Sanctorum Appostolorum Petri, & Pauli, de Teposcolula, Reu. Parrem fratrem Martinum de Medina Vicarium Domus nostræ de Tamazulapa, cũ solitis gratijs, & priuilegijs prædicatorum Generalium iuxta instituta nostræ Religionis: cum similiter locus vacauerit per mortem Venerabilis Patris fratris Blatij de sancta Catharina prædicatoris Generalis.

Item instituimus in examinatores confessariorum, & prædicatorum pro Hispanis in conuentu sancti Dominici de Mexico, Reu. Patrem Regentem; & duos lectores Theologiæ, in conuentu autem Angelopolitano Reu. Patrem Regentem, & duos lectores Theologiæ: pro indis tamen quantum ad sufficiẽtiam in literis, & indorum idiomate in natione Mexicana, RR. PP. fratrem Ferdinandum de Riuera, & Fratrẽ Gabrielem cupin, fratrem Ildephonsum de Baeza, pro

pro natione autem Mixteca, RR. PP. fratrem Petrũ del Monte, Vicarium de Queſtlauac, fratẽ Andreã de Rueda Priorem de Tepoſcolula, & fratrem Martinum de Medina prædicatorẽ Generalem, & Vicarium de Tamazulapa, & quoniam authoritate Apoſtolica indorum, & eorum animarum cura, ob deſignationem Potentiſsimi Hiſpaniarum Regis, aſsignatio vero legitima miniſtrorum,& eorum expoſitio ad Eccleſiæ Sacramenta miniſtranda, RR. A. PP. Prouincialibus, Diffinitoribus commiſſa eſt: prædictos R.R. Patres examinatores hortamur in Domino & ſub interminatione diuini iudicij ipſis iniungimus vt inſpecto indebiti miniſterij periculo, in examine cum miniſtris approbandis rigoroſè procedant.

Item inſtituimus in iudices pro examinandis informationibus eorum, qui ſunt ad habitum noſtri ordinis ſuſcipiendi iuxta Decretum ſanctiſsimi Domini Nñi Clementis Octaui, in Conuentu Mexicano. R. P. Regentem, & duos lectores Theologiæ, & in Conuentu Angelopolitano, R. Patrem Priorem pro tempore, & Regentem ſtudij, & antiquiorem lectorem Theologiæ declarantes, quodſi Prior fuerit regens addatur ſecundus lector Theologiæ, & inſuper quod in abſentia aliquorum iſtorum Patrum in vtroque conuentu pro illa vice,& ſingulis alijs vel alij a priore, vel Suppriore in abſentia Prioris poſsint aſsignari.

ISTE SVNT ACCEPTATIONES.

Acceptamus gradum Præſentatura R. P. Præſentati

fratris Francisci de Olmos, pronatis in Indijs ex conuentu nostro S. Dominici ciuitatis Angelorum, & similiter gradum præsentaturæ R. P. Fr. Didaci de Mõcayo pronatis in Hispania ex conuentu nostro Sancti Dominici de Mexico.

Acceptamus ad communicationem suffragiorum in vita, & morte Dominum Laurentium Tostado ciuem nobilem illustris ciuitatis de Zacatecas propter singularem erga ordinem nostrum beneboletiam affectus, & amoris inditia muneribus, & elemosinis ostensa, ita vt in eius obitu singuli fratres nostræ Prouinciæ teneantur pro eo suffragium facere quasi de vno fratre nostro, dummodo tamen ipse prædictus Dominus pro omnibus, & singulis defunctis ordinis nostri de inceps obituris teneatur tres Missas celebrare facere, in super ei concedimus vt inter fratres nostros in conuentu nostro Sanctæ Crucis de Zacatecas sepeliri valeat, quod si alibi eum mori contigerit, illuc asportari posit corpus eius.

ISTÆ SVNT DECLARATIONES.

DEclaramus R. A. Patrem nostrum Fratrem Didacum de Monroy Priorem Prouincialem esse legitimè & rite institutum prædicatorem generalem pro conuentu nostro Sancti Dominici de Mexico, accedẽte cõfirmatione facta Reuerẽdis. P. nostri Magistri ordinis quã præsentiũ tenore denuntiamus, & quatenus opus est, de nouo instituimus prædictum R.

Patrem nostrum Fratrem Didacum de Mõroy inPrædicatorem generalem, pro conuentu nostro Sancti Dominici de Mexico cum omnibus gratijs, & priuilegijs in ordine nostro,& secũdũ nostrarũ cõstitutionũ seriẽ sibi concessis, vt tali legitimo prædicatori generali.

Declaramus R. P. Magistrum Fratrem Ioannem de Olazabal Regentem huius nostri cõuẽtus Mexicani á Reuerẽdis. Magistro ordinis promotũ, rite acceptatũ fuisse a R. A. Patre nostro Diffinitore,& prædecessore Prouinciali Fratre Benedicto de Vega per specialem commissionem Prædicti Reuerendissimi P. nostri generalis factam præfato R. A. P. nostro Fratri Benedicto de Vega, quam etiam tenore præsentiũ denuntiamus, approbantes huiusmodi acceptationem, & si necesse est denuo acceptamus Magisterium Predicti R. Patris fratris Ioannis de Olazaual cum omnibus gratijs & priuilegijs.

Acceptamns Prædicaturam generalem Reuerendi P. Fratris Ioannis de Esquibel Prioris nostri conuentus de la Piedad, pro conuentu nostro Sanctæ Mariæ de Guia nouæ Veræcrucis: & cum institutus fuerit in Capitulo Generali vlisiponẽsi,& acceptatus in mediolanensi Generali Capitulo, quatenus in nobis est, nos etiam humiliter acceptamus, cum iam locus prædictus nouæ Veræcrucis legitime vacauerit.

Item declaramus R. Patrem Fratrem Alfonsum de Abila in Capitulo Prouinciali præcedenti sufficienter acceptatum fuisse in Prædicatorem generalem huius Prouinciæ, si autem necesse est, ipsum denuo acceptamus.

mus cum omnibus gratijs & priuilegijs, cum eius locus vacauerit propter institutionem R. A. Patris nostri Prouincialis in prædicatorem generalem Mexicanũ.

Declaramus, Magisterium R. P. Fr. Didaci Pacheco, rite acceptatum esse a R. A. P. nostro Fratre Benedicto de Vega, cum omnibus gratijs, & priuilegijs, & si necesse est, denuo acceptamus.

Item declaramus R. Patrem Magistrum Fratrem Franciscum de Arebalo acceptatũ fuisse in Capitulo Prouinciali præcedenti in Magistrum huius Prouinciæ ex tunc prouacatione loci alicuius magistri pronatis in Hispania, quam acceptationem approbamus, & sine cesse est denuo acceptamus, declarantes, primum locum Magisterij vacantis pro vt supra sibi deberi iuxta numerum taxatum huius Prouinciæ.

Declaramus R. Patrem Fratrem Didacum de Torija omnia expleuisse, quæ ad institutionem prædicatorũ generalium ex nostris constitutionibus requiruntur, & acceptatum fuisse in Capitulo Prouinciali præcedenti, sine designatione tamen alicuius specialis prædicaturæ, nunc verò ipsum acceptamus pro qualibet prædicatura vacanti secundum designationem Reuerendissimi Magistri Ordinis exceptis dumtaxat prædicatura generali Mexicana & Angelopolitana.

Item super concessione facta R. A. Patri Prouinciali pro tempore, vt possit in Vicarijs vacantibus, & voce gaudentibus Vicarios instituere de consilio sex grauiorum Patrum per vota secreta, quando cõmodè totidẽ magistros, ad quos iuxta alias ordinata, huiusmodi cõsilium præstare spectat, cõvocare nõ poterit.

Daclaramus donec Reuerendiſsimus M. ordinis conſulatur iuxta priuilegiũ in ordinationibus, & conceſsionibus hiſpali editis a Reuerendiſsimo P. noſtro Generali conceſſum, & pro interim quod adverbium illud. comodè intelligi debeat, vt iam vacante vicaria, ſi Reuerendus A. P. Prouincialis per tres leucas diſtauerit a magiſtris convocandis, poſsit vti hac conceſsione, niſi præſentes extiterint vbi adſit R. A. P. noſter Prouincialis.

Item declaramus diſtributionem graduum Magiſterij, & præſentaturæ & quorumlibet titulorum perpetuorum, & dignitatum, cum omnimoda æqualitate, & æquitate, ſeu proportione faciendam eſſe inter natos in Hiſpania & natos in Indijs filios conuentuum noſtrorum Mexicani, & Angelopolitani, ita vt locus qui vacauerit reſpectiuè in prædictis, ſi fuerit ex natis in Hiſpania, & ſic de cæteris, occupari non poſsit niſi ab eo qui legitimè vocatur iuxta prædictam æqualitatẽ proportionem, & æquitatem, & hoc intelligatur quãtum ad numerũ locorum, quæ occupari debent iuxta præfatam æqualitatem, quantum vero ad qualitatem, Capitulum Prouinciale, ſeu Prior Prouincialis iuxta regulam iuſtitiæ diſtributiuæ prouidere debebunt: id ſpecialiter declarãtes, quod vacante magiſterio, ſeu præſentatura, & prædicatura generali, provideri de illo non poſsit niſi ſerbato numero in re pro qualibet parte quod ſi ſecus factum fuerit, quantum atinet ad iura prouinciæ, totum ſit irritum, & inane.

ISTÆ SVNT EXPOSITIONES.

Pre-

PRÆ Sentium tenore Authoritate Appostolica Sanctissimi Domini nostri Pij Papæ Quinti gloriosæ recordationis, Exponimus omnes & singulos patres Prouinciæ nostræ, assignatos in populis indorum, & in posterum assignandos, in ministros sacramentorum Ecclesiæ.

Exponimus ad petitionẽ Prouinciæ ad gradum præsentaturæ pro natis in Indijs, & pro loco vacanti Patrem Fratrem Didacum de los Couos, Lectorem Theologiæ nostri conuentus Sancti Dominici de Mexico, eo quod per duodecim annos integros, Artium cursum legerit, Magisterio studentium functus fuerit, & sacrã Theologiam laudabiliter perlegerit. Cum autẽ placuerit Reuerendissimo Magistro ordinis eius promotio, eã ex nunc pro tunc acceptamus cum omnibus gratijs, & priuilegijs.

Item pro locis vacantibus ex natis in Hispania exponimus ad petitionem Prouinciæ patres Fratrem Thomam de S. Ioanne, Lectorem Theologiæ, Colegij nostri Sancti Ludouici ciuitatis Angelorum, & Fratrem Ioannem del Castillo, Lectorem Theologiæ eiusdem nostri Colegij, singulos pro singulis nostris conuentibus Mexicano, & Angelopolitano, & similiter quando eorum promotiones placuerint Reuerendissimo P. nostro Magistro ordinis, eas ex nũc pro tũc acceptamus, cum omnibus gratijs, & priuilegijs.

Humiliter supplicamus Reuerendissimum P. nostrum Magistrum ordinis vt pro zelo suo, & pietate qua pacem istius prouinciæ semper inspexit, præcipiẽdo nobis obseruantiam æqualitatis in distributionibus facien-

ciendis inter natos in Hiſpania,& natos in Indijs, promouere dignetur ad gradum Magiſterij in ſacra Theologia R.A.P. Fratrem Ferdinãdum Martin Præſentatũ Diffinitorem Capituli generalis proxime futuri, eo quod gratia collata a ſua Reuerendiſsima Paternitate Reuerendo P. M. Fratri Bartholomæo Gomes ob eius mortem, effectum ſortita non fuerit. Vnde æqualitas pretenſſa a ſua Reuerendiſsima Paternitate locũ habere nõ poteſt niſi prædictus P.F. Ferdinandus Martin pro natis in Indijs ad prædictum Magiſterij gradum extra numerum promoueatur, cum aliàs Magiſterij gradum in ſacra Theologia adeptus fuerit in regali Mexicana Academia, & in ſuper omnia requiſita habeat iuxta noſtras conſtitutiones, & Acta Capitulorum Generalium, & in ætate prouecta legendo, & prædicando, quàm plures annos conſumpſerit, obſecrantes eumdẽ Reuerendiſsimum Patrem noſtrum: vt ſupplere dignetur, ſi quid defectus in hac noſtra ſupplicatione commiſſum eſt, eo quod ſuper numerariũ Magiſtrum ex relata cauſa poſtulemus, quod ſi huiuſmodi poſtulata promotio Reuerendiſsimo M. placuerit, nos ex nunc pro tunc præſenti decreto acceptamus cum omnibus gratijs, & priuilegijs. &c.
Cõmitimus autem cuilibet R. P. Magiſtro in ſacra Theologia ordinis noſtri gaudenti voce, & loco vt ornare poſsit dictum P. M. Fratrem Ferdinandũ Martin inſignijs doctoralibus, præmiſſo tamen rigoroſo examine cum cæteris de iure noſtri ordinis premittẽdis iuxta ordinationem Capituli generalis Bononiæ vltimo celebrati.

Item

Item humiliter petit Prouincia hæc á Reuerendissimo P. nostro Magistro ordinis, & á Reuerendissimo Capitulo generali, vt domus nostra Sancti Dominici de la Vega suffragio gaudeat in electionibus prouincialis, & Diffinitorum, quod ex nunc pro tunc acceptamus.

ISTÆ SVNT CONFIRMATIONES.

IN Primis confirmamus quod sæpe sæpius confirmatũ est, quod Vicarij omnium domorum gaudeant authoritate Priorum in spiritualibus, & temporalibus, pro ipsis, & pro subditis, & hospitibus, declarantes quod possint confiteri vbicumque se repererint in conuentibus, & extra ad inuicem cum quibuscumque religiosis etiam non subditis, similiter fratres subditi, & expositi pro fratribus possint ad inuicem confiteri, vbi cumque se repererint, nullus fratrum ex conuentibus Hispanorum in ipsis conuentibus possit confiteri, cum hospitibus aliunde venientibus etiam expositis, declarantes huiusmodi expositionem expirare, quando è domo sic expositi alibi assignantur.

Item confirmamus quod Vicarij domorum possint dare facultatem hospitibus, vt se ad inuicem absolbant, etiam de casibus reserbatis; & similiter sibi subditis dum tamen talis facultas non sit generalis, sed in casibus particularibus.

Item confirmamus ordinationem illam que aya aseo, y curiosidad en el culto diuino, y que se siga el Choro, y rezen las Horas Canonicas delante del sanctissimo Sacramento lebantandose à Maytines à la vna, o âlas dos.

dos de la noche in dispensabiliter, y se gaste azeite de Castilla en las lamparas del choro delante del sanctissimo Sacramento sopena de absolucion de officio à los Vicarios que en esto fueren negligentes, y à los subditos de graue castigo.

Item confirmamos que los padres Vicarios den vn vestido â cada Religioso subdito de aquella casa por la fiesta de nuestro Padre sancto Domingo con tal que no lo ayan recebido en otra casa.

Itẽ de ninguna manera se les de en dinero, sino el vestido in specie, y mandamos à los subditos in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ sub præcepto formali que den vno viejo para las casas de nouicios de Mexico y la Puebla donde ay extrema necessidad.

Item confirmamos que no sean confessores de frayles, ni entren en confessionarios los Religiosos que no tuuieren doze años de abito, ni confiessen mugeres españolas no teniendo treinta años de edad, sopena de priuacion de vos actiua y pasiua, y reuocamos las licencias que hasta oy se vuieren dado, y mandamos â los padres Priores, nombren Religiosos de canas y authoridad para entrambos ministerios. Y para que confiessen en publicidad, â la qual ni à otra parte no vayan sino fueren llamados por el Sacristan; pero podran dispensar los prelados en ocassiones de necessidad y multitud de penitentes.

Item confirmamus ordinationem, vt studiorum generalium officiales inuigilent super continuatione lectionum, nec vnquam sine grauissima causa inter mittantur lectiones exceptis festis Sanctorũ ordinis nostri, &

& Doctorũ Ecclesiæ Latinæ, & festo S. Antonij Abbatis, & Sancti Martini, & Sancti Benedicti Abbatis: insuper Vt Lectores legant per horam integram, Theologiæ Lectores per singulos menses actum publicũ defendant, & similiter post Lectores Theologiæ, Lector Artium. Intra domum autem per singulas hebdomadas; actum defendent Lectores Theologiæ, & artium post ipsos. In conferentijs, & casibus conscientiæ quotidianis nullomodo dispensetur, sine causa vrgente.

Item confirmamus illam concessionẽ in præcedentibus capitulis factam, quod quilibet sacerdos dicat Vnam Missam pro singulis monialibus e vita decedentibus: Quilibet autem non sacerdos integrum defunctorum officium, conuersi verò integrum Beatæ Mariæ Psalterium: quod debent recitare moniales pro Religiosis defunctis.

Item confirmamus ordinationem, seu confirmationem factam in capitulis præcedentibus tenoris sequentis. Declarantes insuper magisteria concessa cum dispensatione Lecturæ in Capitulo Parisijs celebrato anno Domini 1611. promotione vltima, eoquód narrata fuerũt falsa, & nõ ad petitionem Prouinciæ, immopræter eius intentionẽ, irrita esse, & nulla, iuxta illud quod declaratur, & exprimitur in subsequenti Capitulo Romæ celebrato anno 1612. inter ordinationes pro Prouincia Mexicana. Quã confirmationem præsenti decreto, Prouinciæ iuribus vtendo, innouamus, & in posterum nulla magisteria recipiẽda esse declaramus, adquæ aliqui promoti fuerint cũ dispensatione Lecturæ.

Item confirmamus, quod transgressio trium votorum essentialium sit reseruata prælatis, & declaramus in voto castitatis esse reseruatum quemlibet tactũ exteriorem in secundam personam attingẽtem peccatũ mortale, & præterea scribere, & recipere literas amatorias. In voto autem paupertatis: peccatum esse reseruatum in subditis, si expendant vltra valorẽ duorum numorum argenti, in prælatis verò vltra valorem duorum ponderum de tipusque siue in fratres, siue in sæculares, siue intuitu elemosinæ, siue quauis alia via. In votoveró obedientiæ, id solum dicimus reseruatũ; quod expresse, & in particulari à prælatis fuerit reseruatum.

ISTÆ SVNT ORDINATIONES.

ORDinamus, & præcipimus, vt in diebus lectiuis recreationes fratribus non concedantur in conuẽtibus studiorum generalium, & quod numquàm, nisi de causa grauissima, & notoria, dispensetur cum toto conuentu in hora surgendi ad matutinum media nocte. Studẽtes autem actuales foras egredi non permittantur nisi in recreationibus ordinis, qui autẽ ex eis licentiam petierit, pœnam grauis culpæ incurrat.

Ordinamus, & mandamus, vt in oratione quæ fit post Salue Regina ad Horas, post illa verba, & pacem tuã nostris concede temporibus, addatur & finem bonum, ad instar multarum ordinis nostri Prouinciarũ. Item vt quotiescumque in confessione communi dicimus

Bea-

Beato Dominico, addatur Patri nostro, quod fere in tota Religione obseruatur.

Item ordinamus, vt non recipiantur ad habitum nostræ Religionis tres germani fratres in vno, vel diuersis huius nostræ Prouinciæ conuentibus: nec duo simul cõcurrere valeant in vnico tempore nouitiatus.

Item ordinamus, vt Reuerendi Patres Priores conuẽtuales fratres iuuenes nõ extrahãt a domo nouitiorũ vsque ad sacerdotium, quauis de causa: ordinandi verò super interstitijs non dispensentur, & insuper omnino seruetur, ne aliquis ad sacerdotium promoueatur ante quatuor annos à professione, super quo enixè supplicamus R.A.P. nostrum Prouincialem, vt hoc inuiolabiliter faciat obseruari, & obseruet.

Itẽ ordinamus, vt Vicarij expleto quadriennio, nõ possint immediatè eligi in Priores, nec Priores expleto prioratu, ad Vicariatũ assummi possint: ne ordinationes circa tempus durationis huiusmodi officiorũ fraudevitientur, nisi aliàs notoriè constet hoc precisse necessarium esse ad bonum commune Prouinciæ, quod aliomodo expediri non posset.

Ordinamus, vt cursus Theologiæ sit quatuor annorum, nec in hoc dispensetur nisi ex causa graui, declarãtes, non posse lecturam obtineri, nec prædicaturam, aut quamuis præeminentiam ex vi cursuum Theologiæ; nisi completis quatuor prædictis annis. Quod inuiolabiliterum à R.A.P. nostro Priore Prouinciali petimus obseruari.

ISTÆ SVNT ADMONITIONES;

ADMonemus vniuersos nostræ Prouinciæ prælatos, vt meminerint, & obseruari faciant, idquod tradditur in nostris constitutionibus cap. 1. de officio Ecclesiæ, vbi iniungitur prælatis sub pæna absolutionis vocis actiuæ, & passiuæ, ne permittāt fratres dispēsatos esse a sequela chori, & ab hebdomadaria, ab alijsque grauaminibus. Quodquidem inviolabiliter obseruari volumus.

Item RR. PP. Priores pro tempore, ne oblibioni traddant, quæ in nostris constitutionibus stricte ordinātur super visitatione, & diligenti curatione infirmorum, & ipsis constitutionibus inhærenres, ne super prædictis aliquid necessarij omittatur, aut negligatur; pænam eis absolutionis ab officio tenore præsentium iniungimus.

Admonemus PP. Lectores nouiter institutos, vt in sui officij posessione, in primis genuflexi fidei professionē emittāt iuxta Bulam Pij Quarti. de quo autenticum testimonium reportare debebunt.

Admonemus PP. Vicarios, ne prætermittant dicere fidelium, etiam si adsit quæcunque persona cuiuscunque dignitatis.

ISTÆ SVNT COMMISSIONES.

COMMitimus R. A. P. nostro Priori Prouinciali, vt quàm primū per literas suas patentes Prouinciæ nostræ publicaret faciat omnia festa nouiter concessa, seu præcepta regularibus a sede Appostolica, & quem ordinē inter se se habere debeāt in sua celebratione.

Item

Item committimus eidẽ R. A. P. noſtro, P. vt omniũ religioſorum huius Prouinciæ computum faciat, & conferat numerum ad numerum Patrum, & fratrũ dictæ noſtræ Prouinciæ filiorum, quot ſint nati in Hyſpania, quot verò nati in Indijs, ad exactam executionem ordinationum Capituli Generalis Mediolani vltimò celebrati, circa æqualitatem ſeruandã in recipiendis ad habitum ordinis noſtri, quam etiam eidem R. A. Patri noſtro Prouinciali exequendam valde commendamus.

Itẽ cõmittimus eidẽ R. A. P. noſtro P. totã noſtrã authoritatem circa omnia præmiſſa, vt pro ſua prudentia, & Religione ea exequi faciat, ſeu ſuper ipſa rationabiliter diſpenſare, noſtram autẽ durare volumus vſque ad feriam ſecundam incluſſiue.

ISTA SVNT PRÆCEPTA.

IN Primis mandamos in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ, ſub præcepto formali, & ſub pæna Excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrẽda que ningũ Religioſo de eſta nr̃a Prouincia Prior, Vicario, ò Preſidente, venda tierras pertenecientes à las caſas, eſtancias, huertas, ni caſas, ni otras raizes, por ſer notable el daño, que ſea experimẽtado, y debajo del meſmo præcepto y cenſura mandamos, que ninguna coſa de las ſobre dichas ſe de à ſenſo perpetuo, y rogamos y ſupplicamos á nueſtro muy R. P. Prouincial no diſpenſe con eſte nueſtro præcepto y cenſura.

Item mandamos in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obediẽtiæ, ſub præcepto formali, à todos lo Religioſos de eſta nueſtra Prouincia, que el dia que no dixeren Miſſa, no beban Chocolate, declarãdo que el dia ſe entienda de veinte y quatro horas.

Item ſub eodem præcepto formali mandamos, que ningũ Religioſo de eſta nueſtra Prouincia ſe adeude, ni admitta limoſnade miſſas en mas numero, que quarẽta, y los que al præſente lo eſtuuieren, no admittã limoſna, haſta que ſe deſcarguẽ del exceſſo.


Item ſub eodem præcepto mandamos, que ningun Religioſo de eſta Prouincia vſe lienço en ſu perſona, y cama, ſin licẽcia de nueſtro Padre Prouincial in ſcriptis, reuocando las que ſe vuieren dado haſta aqui.

Item ſub eodem præcepto mandamos, á todos los Religioſos aſsi Prælados, como ſubditos, delos conuentos de Mexico, y la Puebla, y los Collegios, que no tengan criados, aſsi indios, meſtizos, mulatos, negros, ni ſe ſiruan dellos, propios, ni agenos, que aſsi nos lo encarga nueſtro Reuerendiſsimo por ſus cartas. Y mãdamos â los Vicarios de los conuentos den memoria à nueſtro Padre de los que los tuuieren.

Item ſub eodem præcepto mãdamos, que en eſtos quatro años primeros ſiguientes, no ſe de habito de nueſtra ſagrada Religion del Choro, ni lego, en ninguno de nueſtros cõuentos, à perſona alguna: por eſtar eſta nueſtra Prouincia notablemente cargada de Religioſos, y aſsi quitamos la authoridad à los Padres Priores que ſon, o fueren, para dar los dichos habitos: haſta que hecho el computo, ſe diſponga delo que ſe vuiere de hazer.

Item

Item sub eodẽ præcepto formali mandamos à todos los Padres Priores, y Vicarios, que lleuen las actas de este nuestro Capitulo, y se lean á menudo, para q̃ traygan à la memoria, lo que en ellas se les ordena, y manda: y hagan guardar con cuydado.



ISTÆ SVNT ASSIGNATIONES.

IN CONVENTV S. P. N. DOMINICI DE Mexico, assignamus.

R. P. Fr. Ildephonsum de Almeria Magistrum.
R. P. Fr. Hieronimum Rubion M.
R. A. P. Fr. Ludouicũ Barroso M. huius Cap. Diffinitorem.
R. P. Fr. Ioannem de Olaçaual M. quẽ damus in Regentem studij.
R. A. P. N. Fr. Benedictũ de Vega huiꝰ cap. Diffinitorẽ
R. A. P. Fr. Ferdinandum Marti M. Diffinitorẽ, quẽ damus in Procuratorẽ generalem, coram maiestate Regia, & curia Romana.

P. Fr. Alfonsũ de Cõtreras Galindo Præsentatũ, quem damus in Suppriorem.
P. Fr. Dominicũ Belasques Præsentatũ, & Prædicatorem generalem.
P. Fr. Franciscum de Arebalo, M.
P. Fr. Didacum de Moncayo Præsentatum.
P. Fr. Petrum de Mendieta
P. Fr. Franciscum Iurado
P. Fr. Didacum Carranza
P. Fr. Alfonsum de Abila. &
P. Fr. Didacum de los Cobos quos damus in socios R. A. P. N. Prouincialis.

P. Fr.

P.Fr.Ioannem Baptista de Cabrera, quēda mus in M. Nouitiorum.
P. Fr.Didacū del Castillo.
P. Fr. Laurentium de pan y agua.
P. Fr. Didacum de Castañeda.
P. Fr. Petrum de Salazar.
P.Fr. Alfonsum de Girōda
P. Fr. Ferdināū deLuna.
P. Fr. Ioannem deVitoria, quēdamus in Vicarium in dorum.
P. Fr.Ioannem de Mōtejo, quemdamus in procuratorem Conuentus.
P. Fr.Ioannem de Cordoua Prædicatorem generalē.
P, Fr. Franciscum Naranjo, quemdamus in Lectorem. Theologiæ.
P. Fr. Sebastianū Samorano, quēdamus in Lectorem Artium.
P.Fr.Ioannem Baptista del Castillo, quēdamus in Vicarium Monialium.
p.Fr.Bartholomæū Sāches
P. Fr. Alfonsum Franco.
P. Fr.Didacū dela Cōcha.
P.Fr.Didacum de Segura.
P.Fr.Ioannē de Escalona.
P. Fr. Ferdinandū de Oliuares.
P.Fr.Melchiorem Medrano, quemdamus inLectorē Grammaticæ
P. Fr. Didacum de Mota, quēdamus in Procuratorē Prouinciæ.
P. Fr. Franciscū deBonilla quemdamus in Lectorem Theologiæ.
P.Fr.Petrum Martir.
p. fr Nicolaum deCesar.
p. fr. Albarū de Figueroa.
p. fr. Michaelē de Meneses, quemdamus in pædagogum.
p.fr.Didacū deArrellano, quemdamus in M. studentium.
p.fr. Petrum de Villasana.
p. fr. Ludouicum Horaiz.
p.fr. Gundisalū Guajardo
p. fr. Ioannem de Pareja.
p. fr. Alfonsum de Paez, quem damus in Cātorem.
p. fr. Ioannem de Leon, que

quem damus in Lectorem grammaticæ.
P.fr. Petrum cabeças.
p. fr. Hieronimum de Morales.
P. fr. Franciſcum Muñoz,



DIACHONOS.

Fr Auguſtinum Godinez.
fr. Michaelem Gallo.
fr. Hieronimũ Calçado.
fr. Ioſephum Ramirez.
fr. Stephanum Oroz.
fr. Bartholomæũ de Soſa.
fr. Ioannem Guerrero.

SVB DIACHONOS.

Fr Antonium de S. Maria.
Fr. Thomam de Morales, quem damus in ſubcantorem.
f..Didacum de Caſtro.
fr. Sebaſtianum Moreno.
fr. Hiacinthum Carriõ.
fr. Ioſephum Barbero.
fr. Hieronimũ de la Cueba
fr. Laurẽtium Velazquez.
fr. Rochum de la Serna.
fr. Alphõſum de Mõtoia.
fr. Ioannem Martin.
fr. Didacum Hernandez.

ACOLITOS.

Fr. Ioannẽ de la Trinidad.
fr. Petrum de Baldecañas.
fr. Ludouicũ de Cifuẽtes.
fr. Raymundum Vallejo.
fr. Thomam de Salas.
fr. Ioannẽ de Bohorques.
fr. Hiacintũ de S. Gregorio
fr. Chriſtophorũ de Rojas.
fr. Ioſephum de Yrolo.
fr. Marcum Muñoz.
fr. Franciſcum Ojalbo.
fr. Hieronimum de Rueda.
fr Ioannem Yañez.
fr. Michaelem Lopez.
fr. Hiacinthũ de Gueuara.
fr. Alphõſum de la Cueua.
fr. Petrum Ruiz.
fr. Beltrandum Montaluo.
fr. Andream de Picaço.
fr. Balthaſarem de Baeça.
fr. Chriſtophorũ Arias.
fr. Ioſephũ de Arẽchum

fr. Frãciſcũm deGãboa.

LAICOS.

Fr. Auguſtinũ Gutierez.
fr. Bartholomæũ de Tobar.
fr. Hiacinthum Roman.
fr. Petrum Perez.
fr. Alphonſum Duran.
fr. Didacum Camacho.
fr. Saluatorem de Prado.
fr. Hieronimũ de Carrãça
fr. Ioannẽ de S. Bernardo.
fr. Stephanum de Aguilar
fr. Ioannem Bernal.
fr. Franciſcum Ximenez.
fr. Petrum de Herrera.
fr. Andream Hernandez.
fr. Ioannem Martin.
fr. Ioannem Mathias.
fr. Franciſcum Pacheco.
fr. Gregorium Candano.
fr. Didacum de Aguilera.
fr. Ioannem de Eſpinoſa.
fr. Ioannem de Vargas.
fr. Melchiorẽ de Bonilla.
fr. Petrum Saluatorem.
fr. Andream de Acoſtà.

DONATOS

Hipolitum de S. Petro.
Laurentium de los Rios.
Michaelem Pinedo.

IN CÕVENTV SANCti Dominici Ciuitatis Angelorum aſsignamus.

R. Pat. M. fr. Franciſcum de Villanueua, Præſentis cap. Diffinitorẽ, Priorem, quem damus in Regentem ſtudij.
P. fr. Didacum Sanchez, quem damus in Suppriorẽ
P. fr. Franciſcum de Olmos præſentatum. cõuẽ.
P. fr. Petrũ Gõzalez Proc.
P. Andream de Peralta.
P. fr. Michaelem Garcia.
P. fr. Ioannem Auguſtin.
P. fr. Sebaſtianum Coronel.
P. fr. AndreamMexia.
P. fr. Didacũ Vazquez, quẽ damus in Vicarium Conuentus.
P. fr. AntoniumHernãdez.
P. fr. Mathæum de Acuña.
P. fr. Petrum de Cuellar, quem

uem damus in Magistrum
ouitiorum.
fr. Ioannē de Mendoza,
quem damus in Lectorem
Theologiæ.
P. fr. Dominicum Carauajo, Socium Illustrissimi Episcopi Antiquariensis.
. fr. Ioannē de Medrano,
uem damus in Lectorem
Theologiæ.
P. fr. Antoniū de Amaya,
uemdamus in Magistrum
studentium.
P. fr. Franciscū de Abila.
P. fr. Mathiam Calbo, quē
amus in lectorem Artium
. fr. Hiacintū de la Caxica
. fr. Alphonsū de Salazar
P. fr. Augustinū Moreno.
. fr. Melchiorem de los
Reyes.
. fr. Petrum de Burgos,
uem damus in præcepto
em Grammaticæ.
fr. Augustinū de Quiroz.
. fr. Ioannem Perez, quē
amus in cantorem.
fr. Albarum Rodriguez.

DIACHONOS.

Fr. Hiacinthū de Abila.
fr. Didacum Vejarano.
fr. Christophorum Rodriguez.
fr. Hieronimum Solano.

SVB DIACHONOS

Fr. Blasium de Almaçan.
fr. Stephanum de Monte.
fr. Didacum Gonzalez.
fr. Alphōsum Martinez.
fr. Christophorū de Contreras.
fr. Hieronimū de Esquibel.
fr. Albarum Melendez.

ACOLITOS.

Fr. Bartholomæū Cabeças
fr. Ioannem de Leon.
fr. Petrū de S. Michaele.
fr. Didacum de Velasco.
fr. Ioannem de Sepuerta
fr. Didacum Naranjo.

LAICOS.

fr. Barnabam de Forras.
fr. Amatorem Rodriguez.
fr. Ioannem de S. Antonio

fr. Ioannem de Morales.
fr. Petrum Rodriguez.
fr. Ioannem de Alcala.
fr. Ioannē del Rossario.
fr. Franciscum Perez.
fr. Emanuelē Fernandez.
fr. Ioannem Diaz.
fr. Didacum de S. Iosepho
fr. Didacum de Albarado.

IN COLLEGIO S. LVdouici de la Puebla.

R. P. Fratrem Michaelem de Figueroa M. & Rectorem, quem damus in Regentem studij.
P. fr. Iosephum de Aguilar, quem damus in Vicarium.
P. fr. Thomam de S. Ioanne, quem damus in lectorem Theologiæ.
P. fr. Ioannem del Castillo, quem damus in lectorem Theologiæ.
P. fr. Dominicum de Cœlis, quem damus in Magistrum studentium.
P. fr. Franciscum de Gracia, quem damus in lectorem Artium.
P. fr. Ludouicum Ossorio, quem damus in Lecturem Rhetoricæ.
P. fr. Alphōsum de Leon, quem damus in lectorem Grammaticæ.
P. fr. Hiacinthū Caraballo.
P. fr. Marcum Lopez.

SVBDIACHONVM.

Fr. Petrum Ocharte.

ACOLITOS.

Fr. Ioannem de Velasco.
fr. Petrum de Barcena.
fr. Michaelem de Leon.
fr. Bernardū de Villanueua
fr. Ludouicum Rosas.

IN COLLEGIO SANcti Dominici de Porta Cœli assignamus.

R. P. M. fr. Nicolaum Ortuño Rectorem.
R. P. N. fr. Gasparem de Ledesma.
P. fr. Ioannem Martinez Casasola.

Pat. fr. Didacum de Cerbantes.
P. fr. Didacum Liaño.
P. fr. Christophorum de Pocasangre.
P. fr. Petrum çamudio.

LAICOS.

Fr. Frãciscũ de Cañiçares.
Fr. Barnabam Sanchez.
Fr. Iosephum Pacheco.

IN CONVENTV sanctæ Cruzis de Zacatecas asignamus.
R.P. fr. Franciscum Vallinas Prædicatorem generalem, & Priorem.
P. fr. Frãciscũ del Barrio.
P. fr. Michaelem Majano.
P. fr. Dominicum de la Torre.
P. fr. Rodericũ Martinez, quem damus in Vicarium.

IN CONVENTV sanctæ Mariæ Pietatis de Arlexuca asignamus.
R. P. fr. Ioannem de Esquibel, Prædicatorem Generalem, & Priorem.
P. fr. Antonium de Mendoza, quem damus in Supriorem.
P fr. Ioannem de Ferrera
P. fr. Ioannem de Abila.
P. fr. Petrum de Monasterio.
P. fr. Ioannem de Valdes

LAICOS.

Fr. Franciscum Sanchez.
Fr. Dominicũ Enrriquez.

IN CONVENTV sanctæ Mariæ de Guia nouæ Veræ Crucis asignamus.
R. P. fr. Alphõsum de Orduña Priorem.
P. fr. Alphonsum Suarez.
P. fr. Petrum Salgado.
P. fr. Dominicũ de Amasa.
P. fr. Franciscum de Escobedo.
P. fr. Didacũ de Vargas.

IN CONVENTV S. Mariæ del Rosario de Guadalaxara, asignamus

R. P. fr. Franciscum Benitez Priorem.
P. fr. Ioannẽ de Medinilla.
P. fr. Ludouicum de Sanct. Raimundo.
P. fr. Ioannem de Viuãco.

IN CONVENTV S. Ioannis Baptistæ de Cuyoacam assignamus.

R. P. fr. Ludouicũ de Quiroz Priorem.
P. fr. Iosephum de Herrera quẽ damus in Suppriorẽ.
R. P. fr. Damianum de Porras Magistrum.
P. fr. Franciscum de Loaysa.
P. fr. Thomam de Salmeron Prædicatorẽ Genera.
P. fr. Franciscum Martin.
P. fr. Andreã de Ceruantes
P. fr. Iosephum Cortes.
P. fr. Frãciscum de Sosa.
P. fr. Gregorium Curiel.
P. fr. Ioannem de Morroy.

IN CONVETV S. Dominici de Itzucam assignamus.

R. P. fr. Franciscum de Herrera Prædicatorem Generalem, & Priorem.
P. fr. Ioannem de Castro.
P. fr. Antonium Nieto.
P. fr. Laurẽtium Farfan.
P. fr. Ioannẽ de Sãctiago.
P. fr. Ioannem de Estrada.
P. fr. Ioannem Arias.

IN NATIONE MExicana.

IN DOMO NOSTRA S. Dominici de Oaxtepec. assignamus.

R. P. fr. Ioannem Bocardo, quem damus in Vicarium.
P. fr. Petrũ de Oyangarem.
P. fr. Didacum Barriga.
& assignam9 alios, qui anteà assignati erant.

IN DOMO NOSTRA S. Mariæ de Tepetlaosthoc assignamus.

R. P. fr. Lazarum de Prado Magistrum, quem damus in Vicarium.
P. fr. Alphonsum de Montoro, & alios, qui anteá assignati erant.

IN

IN DOMO NOSTRA Natiuitatatis Beatæ Mariæ de Tepuſtlam, aſsignamus.

R. P. fr. Ildephonſum de Contreras prædicatorem Generalem, quem damus in Vicarium, & alios, qui anteà aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA S. Mariæ Aſſumptionis de Iautepec aſsignamus.

R. P. fr. Franciſcum Gutierrez, quem damus in Vicarium.
P. fr. Didacum de Palomares, & alios, qui anteà aſsignati erant,

IN DOMO NOSTRA Aſſumptionis Amecamecam aſsignamus.

R. P. fr. Chriſtophorũ Hurdo, quem damus in Vicarium, & omnes alios, qui anteà aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA SS. Appoſtolorum Philippi, & Iacobi de Aſcapotzalco aſsignamus.

R. P. fr. Ioſephum de Quintana Dueñas, quem damus in Vicariũ, & omnes alios, qui anteà aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA Beatæ Mariæ Purificationis Atlacoayã aſsignamus.

R. A. P. fr. Antoniũ Suarez huius Capituli Diffinitorem, quem damus in Vicarium.
P. fr. Hieronimum Guerra.
P. fr. Didacum Perez.
P. fr. Ioannem Lopez.

IN DOMO NOSTRA SS. Appoſtolorum Petri, & Pauli Tlahuac, aſsignamus.

R. P. fr. Petrum Iurado, quem damus in Vicarium.
P. fr. Laurentium de Quiñones, prædic. Generalem
P. fr. Thomam de Melgar.
P. fr. Iulianum Martinez.

IN DOMO NOSTRA Sancti Dominici Tepexic assignamus.

R.P. fr. Didacum Garcia, quem damus in Vicarium, & omnes alios, qui anteà assignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Vincentij de Chimalhuacam Chalco asignamus.

R. P. fr. Hieronimum de Contreras, quem damus in Vicarium.
P.fr. Franciscum de Landaeta, & omnes alios, qui anteà assignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sanctæ Mariæ Tepapaiecā assignamus.

R.P.fr. Ioannem de Lorāca, quem damus in Vicarium, & omnes alios, qui anteà assignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Ioannis Baptistæ de Tetelam assignamus.

R.P. fr. Alphōsū de Paredes, quē damus in Vicariū, & alios, qui anteá assignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sācti Dominici de Chimalhuacā Attēco assignamus.

R.P.fr. Didacum Pacheco, Mag. quem damus in Vicarium, & alios, qui anteà assignati erant.

IN DOMO NOSTRA Natiuitatis S.M. de Coatepec assignamus.

R.P. fr. Gabrielem Cupin Prædicatorē Generalem, quem damus in Vicarium, & alios, qui anteà assignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sācti Hiacinthi de Iztapalucam assignamus.

R.P.fr. Ioannē Nuñez Præsēt. quē damus in Vicariū, & assignamus alios, qui anteá assignati erant.

IN

IN DOMO NOSTRA Sancti Ioannis Baptistæ de Tenango asſignamus.

R. P. fr. Laurentium de Ayala prædicatorem Generalem, quem damus in Vicarium, & aſsignamus eos, qui anteà aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Dominici de Tlaquiltenango, aſsignamus.

R. P. fr, Andream Ximenez Mag. quem damus in Vicarium.

p. fr. Franciſcum de los Cameros.

p. fr Ioannem Romero.

p. fr, Antonium Adorno.

p. fr, Ioannem de Arriola.

p: fr. Ioannem Ponce.

IN DOMO NOSTRA Sancti Michaelis Tlaltizapam aſsignamus.

R. P. fr. Ludouicum de Caſtilla, quem damus in Vicarium.

P. fr. philipum de Samano; & eos, qui anteâ aſsignati erant.

IN DOMO N. S. IAcobi de las Amilpas aſsignamus.

R. P. fr. Bernardinũ de Roxas, quem damus in Vicarium, & alios, qui anteà aſſignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Dominici de Guaiapam aſsignamus.

R. P. fr. Ferdinandum de Medina, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteà aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA ſancti Auguſtini de Paſpã aſsignamus.

R. p. fr. Alphõſum Gutierrez, quem damus in Vicarium, & alios, qui anteâ aſſignati erant.

IN DOMO NOSTRA ſancti Domini de Suchitepec aſsignamus.

R. P. fr. Ludouicum de Peralta, quem damus in Vicariũ, & eos, qui anteà aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Dominici de Guegue.

guetlam aſsignamus.

R.P. fr Thomam de Silba quem damus in Vicarium, & aſsignamus eos, qui anteá aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Michaelis de Tlilapam aſsignamus.

R. P.fr. Didacum de Torija, quem damus in Vicariũ, & aſsignamus eos, qui anteâ aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA Ss. Appoſtolorum Petri, & Pauli de Ecacingo aſsignamus

R.P. fr. Didacum Medrano, quem damus in Vicariũ, & aſsignamus eos, qui anteâ aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Andreæ de Aguatelco aſsignamus

R P.fr. Ioannem de Linarez, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteâ aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA S. Dominici de Mixcoac, aſsignamus

R. P. fr. Dominicum de Allende, quem damus in Vicarium,& eos,qui anteá aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sãcti Hiacinthi de Cuioacam aſsignamus.

R. P.fr. Ioannem Caſillas, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteà aſsignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Pauli de la Puebla aſsignamus.

R.P.fr.Ioannem de Naba, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteá aſsignati erant.

IN NATIONEM IXTECA

IN

IN CONVENTV nostro SS. Appostolorum Petri, & Pauli de Teposcolula asignamus.

R.P. fr. Andream de Rueda Priorem.
P. fr. Ildephonsum de Chaues.
P. fr. Sebastianũ Solano.
P. fr. Ioannem Romero.
P. fr. Petrum Martir de la Plaça.
P. fr. Hieronimum de Alarcon.

IN DOMO NOSTRA Sancti Ioannis Baptistæ de Cuestlhuac asignamus

R. P. fr. Petrũ del Mõte. Prædicatorem Generalẽ, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteá asignati erant.

IN DOMO NOSTRA Natiuitatis Beatæ Mariæ de Tamaçulapam asignamus

R. P. fr. Martinum de Medina Prædicatorem Generalem, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteà asignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Iacobi de Texupa asignamus.

R. P. fr. Andream de Bayona, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteá asignati erant.

IN DOMO NOSTRA Assumptionis Beatæ Mariæ de Chila asignamus.

R. P. fr. Franciscum de Prado, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteà asignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sancti Dominici de Tonala asignamus.

R. P. fr. Gundisaluum de Ribera, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteà asignati erant.

IN DOMO NOSTRA

Sancti Ioannis Baptistæ de Guaxuapa assignamus.

R. P. fr. Petrũ de la Cruz, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteá assignati erant.

IN DOMO NOSTRA SS. Appostolorum Petri, & Pauli de Tequisistepec assignamus.

R. P. fr. Ioannem Martinez, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteà assignati erant.

IN DOMO NOSTRA Sãcti Ioannis Baptistæ de Igualtepec assignamus.

R. P. fr. Michaelem de los Reyes, quem damus in Vicarium, & eos, qui anteâ assignati erant.



DEclaramos, que los Religiosos, que no estuuieren expressamente assignados, pertenecen à aquellas casas, donde estauan assignados antes, excepto el Conuento de Mexico y la Puebla: donde solos estan assignados, los que expressamente salieren assignados, y no otros.

ISTA SVNT SVFFRAGIA PRO VIVIS.



RO Sanctissimo Papa nostro, & profœlice statu Ecclesiæ, quilibet Conuentus, & Domus, Vnam Missam.



RO Catholico Rege Nostro Philipo IIII. & Regina, quilibet Conuentus, & Domus, Vna Missam.

PRO



RO EXCELlentifsimo Prorege huius Nouæ Hyfpaniæ, ob eius fingularem amorem, & affectum, quo hanc noftram Prouinciam honorauit, & illuftrauit: quilibet Conuentus, & Domus, Vnam Miffam.

PRO ILLVSTRISSIMO Archiepifcopo Mexicano Quilibet Conuentus, & Domus, Vnam Miffam.

PRO ILLVSTRISSIMO Epifcopo Tlaxcalenfi, quilibet Conuentus, & Domus, vnam Miffam.

PRO ILLVSTRISSIMO D. D. Fratre Ioanne de Bohorquez Epifcopo Antiquarienfi, & pro eius conferuatione, & fœlici progreffu, propter infignia beneficia huic fuæ Prouinciæ collata, quilibet Conuentus, & Domus Vnam Miffam.

SVFRAGIA PRO DEFVNCTIS.

PRO OMNIBVS Fratribus, & Monialibus, á præcedenti Capitulo vfque ad hanc noftram electionem deffũctis, quilibet Conuentus, & Domus vnam Miffam.

VBI IMPonimus Conuentui, vel Domui vnam Miffam, recitabunt fratres Clerici feptem pfalmos Pænitentiales. Conuerfi verò vnum integrũ Beatæ Mariæ Pfalteriũ.

ASSIGNAMVS Futurum Capitulum intermedium pro electione Diffinitorum in Domo noftra Sancti Dominici de Tepexic, Dominica Quarta poft octauas Pafchæ, videlicèt Deus á quo bona cuncta procedunt &c. Die 16. Menfis Maij, Anno Domini 1626. Declarantes, quod fi propter aliqua inconuenientia aliter vifum fuerit R. A. P. N.

Priori Prouinciali: Tunc ex Consilio PP. Prouinciæ, & huius Capituli Diffinitorum poterit dictum Capitulum intermediũ, vel ad alium Conuentum, aut Domum transferre, vel omninò dimittere: vtẽtes in hac parte Pribilegijs cõcessis in Capitulo Generali Salmanticæ 1551. Datis, & actis in nostro Diffinitorio 1.8. die Mensis Maij. Anno Domini 1624. Sigillo Officij communiri mandauimus.

F. Diego de Monrroy
Prouincial.

Fr Francisco de Villanueua.
M. Diffinidor


Fr Luis Barroso
M. Diffinidor.

Fr. Benito de Vega
Diffinidor.

F. Antonio Suarez.
Diffinidor.

Por mandado del Diffinitorio.

F. Diego de los Couos
Secretario del Capitulo.



Fr. Juan de Cordova año de 1632 decimas

58.



